

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Summa Privilegij ejusdem Regiae Catholicae Majestatis in Concilio
Brabantiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

Summa Privilegij Cæsarei.

Ferdinandus III. Romanorum Imperator semper Augustus &c. serio inhibet & vetat omnibus Typographis, Bibliopolis, alijsque librariam negotiationem excentibus, ne quis opera CORNELII IANSENII Episcopi Irenensis per decennium à prima editionis die computandum intra Sacri Imperij regnumque suorum hereditariorum fines recudat, aut alibi recudenda vel impressa adducat, vendat, distrahat, clam vel palam, citra voluntatem & consensum calcographi Jacobi Zegers ejusve heredum, sub pena confiscationis omnium librorum, & decem marcarum auri puri, puti, probi, applicanda ex semiſſe Aerario Imperiali, & ex altero semiſſe Typographi predicti Jacobi Zegers ejusve heredum usibus, omni remissionis & venie spe præcisâ &c. ut latius continetur in diplomate Cæsareo dato Vienne Idibus Februarij anno cl. Ioc. xl. Signatum FERDINANDVS, & infra: Ad mandatum S. Cæsareæ Majestatis proprium Ioannes Valderode.

Summa Privilegij Regiae Catholicae Majestatis.

Permissum est speciali gratia Iacobo Typographo Lovaniensi, ut possit opera CORNELII IANSENII Episcopi Irenensis approbata per Centros typis suis excudere, vendere, distribuere, vel per alios quos volet Typographos, excudi curare, & intra Regna ditionesque omnes nostras, libere divendere. Inhibendo severè omnibus alijs Typographis, Bibliopolis, Librarijs, ne quis dicta opera imprimat, vel alibi impressa distribuat intra sexennium, sub pena confiscationis omnium ejusmodi operum, & mulctâ sex florenorum pro singulis exemplaribus, applicanda pro parte media Fisco Regio, & pro altera parte media usibus supra dicti Iacobi Zegers Typographi, ut latius continetur in diplomate dato Bruxelle 33. Ianuarij 1638. Signatum per Regem in Concilio suo Prisato.

I. de Cottignies.

Summa Privilegij ejusdem Regiae Catholicae Majestatis
in Concilio Brabantie.

Permitit Regia Catholica Majestas Iacobo Zegers Typographo Lovaniensi, ut omnia opera Reverendissimi CORNELII IANSENII Episcopi Irenensis possit liberè imprimere & per Brabantiam ditionesque ultra Mosam vendere distrahereque. Inhibendo dictorum operum impressionem quibusvis alijs Typographis, & eorundem alibi Impressorum venditionem in Brabantia, sub pena confiscationis omnium exemplarum, & mulctâ triginta florenorum solvenda per eos omnes, qui secus fecerint &c. Ut latius continetur in litteris Regis datis Bruxellæ VIII. Aprilis M. DC. xxxix. Per Regem in Concilio suo.

Signatum Steenhuysse.